Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Reg. II.

et noluit armiger eius. Fuerat e
nim intimo timore percussus. Arripiens itaque saul suum gladium
et irruit super eum. Quod cum vidisset
armiger eius videlicet quod mortuus
esset saul. irruit etiam ipse super gla
dium suum et mortuus est cum eo
Ob cortuus est ergo saul et tres filii
eius et armiger eius et omnes viri
eius in die illa pariter. Videntes autem
filii israel qui erant in ista valle et in
iordanem quod fugissent filii israel
helite et quia mortuus esset saul et
filii eius reliquerunt ciuitates suas
et fugerunt. Venerunt quoque philistiim
et habitauerunt ibi. Facta autem die altera
venerunt philistiim ut exploraret
mortuos et inuenerunt saul et tres
filios eius iacentes in monte gel
boe et praecidentes caput saul et exspo
liauerunt eum armis suis et miserunt
in terram philistinorum per circuitum
ut annuntiarent in templo idolorum
et populis et posuerunt arma eius
in templo astaroth. Corpus uero eius
suspenderunt in muro bethsan.
Quod cum audissent habitatores
iabes galaad quanque fecerant phi
listiim saul surrexerunt omnes vir
fortissimi et ambulauerunt tota nocte
et tulerunt cadauer saul et cadauera
filiorum eius de muro bethsan. ve
nerunt que in iabes et combusserunt
ea igni et tulerunt ossa eorum et se
pelierunt ea in nemore iabes et
ieiunauerunt vii diebus. Explicit liber
primus Regum. Incipit liber secundus.

Factum est autem
post hanc mortuus est
saul. ut dauid reuer
teretur a cede amalech et maneret
in siceleg dies duos. Indie autem tertia
apparuit homo veniens de castris
saul ueste consissa et pulue aspersus
caput. et ut venit cecidit super faciem
suam et adorauit. Dixitque ad eum
dauid. Vnde uenis. qui ait ad dauid
De castris israel fugi. Et dixit ad eum
dauid. quod est iudicium quod factum
est indica mihi. Qui ait. fugit po
pulus exercitus et multi cecidentes ce
ciderunt mortui sunt. sed et saul et iona
thas filius eius interierunt. Dixit
que dauid ad adolescentem qui nun
tiabat ei. Vnde scis quia mortuus
est saul et ionathas filius eius. Et
ait ad adolescens. Casu uenit in mon
tem gelboe et saul incumbebat super
hastam suam. porro currus et equi
tes appropinquabant ei. et conuersus
post tergum suum uidens me uocauit
me cum respondissem ad eum. dixit
mihi. Quis nam es tu. et ait ad eum
amalechites sum. et rursus dixit mihi
Sta super me et interfice me quoniam
tenet me angustia et ad hunc tota
anima mea in me est. et stans que si
cum occidi illum. sciebam eum qd
uiuere non potat post ruinam et tuli
diadema quod erat in capite eius
et armillam de brachio illius et attu
li ad te dominum meum hinc. Apprehendens
autem dauid uestimenta sua scidit et
omnes uiri qui cum eo. et planxerunt
et fleuerunt et ieiunauerunt usque aduesp
perum super saul et super ionathan filium
suum et super plebem domini et super domum
israel eo quod concisi essent gladio.
Dixit que dauid ad iuuenem qui
nuntiauit ei. Vnde es tu. Qui respon
dit.